Non hæc ſemper erit tellus formidine plena
Non habet hîc feritas amplius ulla locum,
Si ſol poſt tenebras emergit fronte ſerenâ,
Si languente Noto muta procella tacet,
Si minuuntur aquæ collectis imbribq auctæ,
Si non obtegitur perpete terra nive,
Quæ fuit ante, dehinc ſinet ẽẽ ferocia ſilvæ,
Et locus humanis moribq aptus erit:
Hæc ubi dicta dedit, glomerata repentè videres
E latebris paſſim cedere monſtra ſuis,
Angue, Dracone, feris, animalibus oibq horrent
Omnia, ſerpentum ſibila ſylva timet,
Quid iuvat Alciden tanto ſudâſſe labore?
Non Galli Herculeo robore plura poteſt,
Non ferrum ſudat, non ſanguis purpurat enſe,
Non manibq nubunt tela, loquela fugat.
At nunc Muſa refer, cur Gallo iungitur Urſus,
Cum videas omnes quòd fuget ille feras?
Non hîc parva latet (nã fas eſt credere) cauſa,
Munera, quæ Gallus porrigit, Urſus amat.